



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De clericis superbè cantantibus, quorum voces diabolus in saccum inisit,
cap. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

habens suauissimam, hic cùm in Vigilia Paschæ ^{in v-}
ste leuitica cereū benediceret, & voce dulcissima dul-
cissimam eiusdem benedictionis melodiam resona-
ret, & vox eius in auribus omnium tanquam musica

Ecli. 19 in conuiuio vini, benedicto cereo, aliorū in translatus
nusquam comparuit: & nescitur usque in hodiernum
diem, a quo sit translatus, vel in quem locum deposi-
tus. **A POLLONIVS:** Quid si illum transtulit Angelus
Domini? **CÆSARIUS:** Hoc non est visum fratribus, qui
eius vitam nouerant. Magis timetur, quod raptus eius
Confess. fuerat virtuē subortæ elationis, quam meritum devo-
cap. 33. tionis. Audi quid August. dicat: Quotiens, inquit, me
Leb. 10. plus delectat cantus, quam res quæ cantatur, totiens
pœnaliter me peccare confiteor. Et organum illud
sancti Spiritus, beatus scilicet Papa Gregorius, etiam
dicit: Cum blanda vox queritur, vita sobria deseritur.
Ecce exemplum.

C A P V T IX.

Tempore quodam, clericis quibusdam in ecclæ-
sia quadam seculari fortiter, id est clamorosè,
cantantibus, non deuotè, & voces tumultuosas
in sublime tolléibus, vidit homo quidam religiosus,
qui fortè tunc adfuit, quendam dæmonem in loco
eminenter stantem, saccum magnum & longum in
sinistra manu tenere, qui cantantium voces dextra la-
tiū extensa capiebat, ac in eundem saccum mittebat.
Illi expleto cantu inter se gloriantibus, tanquam qui
bene & fortiter Deum laudassent, respondit ille qui
viderat visionem: Bene quidem cantastis, sed saccum
plenum cantastis. Mirantibus illis, & interrogantibus
cur hoc diceret, visionem eis exposuit. Hęc mihi retu-
lit Abbas ordinis Cisterciensis, vir summæ grauitatis.
His exemplis non confunditur deuotus clamor, quo
Psal. 26. Deus laudatur in cantu & psalmodia, sed tantum ina-
nis gloria. Memini prophetam dixisse: Circuibo &
immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferatio-
nis, cantabo & psalmum dicam Domino. Quantum
ei placeat deuota vocum exaltatio, satis audies in se-
quenti dist. cap. 5. Ibidem inuenies, quantum demones
lætentur

Ixtentur ex hoc, si sine humilitate in psalmodia voces
exalentur. Audi nunc exemplum satis terribile de su-
perba, & lucrativa prædicatione.

C A P V T X.

EO tempore, quo Oliuerus Scholasticus Colo- *Ceciona-*
niensis, cuius in distinctione secunda mentio- *ri ob va-*
nem feci, crucem prædicauit inter Brugas & *nam glo-*
Gandauū ciuitates Flandriæ, venit ad fratrē Bernar. *riam.*
dum monachum nostrum, qui tunc comes erat verbi,
& collega eiusdem Oliueri, Sacerdos quidam Sege-
rus nomiae, in habitu religioso, cappam habens in
pectore signatam, quasi Templarij: erat autem facie
pulcher, statura procerus, atque in suo idiomate satis
facundus. Hic cùm obtulisset iam dicto Bernardo gē-
mā diuersi coloris, & dixisset se illā attulisse de *Septia * *Aliale-*
& tantæ esse virtutis, ut victoriosos efficeret, qui ea *etiohabet*
teretur. Respōdit ille: Domine, vestra nō recipiam, si Semcia.
potero vos apud magistrū rationabiliter promouere,
bene experiemini. Adhoc videbatur laborare, ut habe-
ret auctoritatē ab illo prædicādi. Eadē die concessum
est ei sermonē facere ad populum. Sequenti die, cùm
præfatus Bernardus in proxima statione verbum ex-
hortationis proposuisset turbis, & Segerus adesset, fi-
nito sermone, idem Segerus pronus in terram cor-
ruit, & quasi obseffus, sicut reuera fuit, omnes sui cor-
poris gestus formauit. Mox accurrens magister Oliue-
rus cum clericis, hominem signauit, & in ecclesiam
tractum coram altari depositus, ubi multas blasphemias,
& verba quædam horribilia miser ille in Deum
& in eundem Oliuerum euomuit. Tunc corio ligatus,
curriqué impositus, ad notos suos deportatus
est; quem, ut aiunt, dēmon quinta die, prout ei promi-
serat, extinxit. Ex cuius vexatione seu morte satis da-
tur intelligi, q̄ eius prædictio non fuerit deuotionis,
sed magis ambitionis. Dicitur & apostata fuisse; & à
domino Papa literas, ut eū prouincia toleraret, obti-
nuisse. Alij dicebāt, quod etiam fuerit in naue illa ex-
communicata, quæ Sarracenis arma bellica vendiderat
in Septia. **A P O L L O N I Y S:** Miror quare Dominus
in isto